



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Ad crucem seu aduersitatem patienter tolerandam propter nomen
Christi & veritatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

opera negligantur, & certum est signum, propè futurum diem nouissimum, quoniam abundat iniquitas, refugesceat charitas, vt dicitur Matthæi 24. Vnde clara est sententia Ioannis Apostoli, 1. Ioan. 4. Si quis dicit quoniam diligo Deum, fratrem suū odij mendax est Quemadmodū igitur impossibile est placere Deo sine fide, Hebr. 11. ita nemo ingredietur regnum cœlorū, qui non dilexerit Deum & proximum, & obseruauerit mandata: vnde iubet reconciliari fratri, Mat. 5. remittere offensam, Mat. 6. &c. Hæc quoque charitas cōmonstrat, qui sint veri Euangelici, nō qui ore iactant fidem, sicut dicit Christus Mat. 7. Multi dicent mihi in die illo, Domine Domine, rōne in nomine tuo prophetauimus, demonia eiecimus? &c. & dicet eis, Nescio vos. sed qui charitatē præstant proximo, igitur iā videmus quales sint pleriq; Euangelici.

3: Tertiò, vocat nos scriptura ad crucem tolerandā, eò quòd dicit Christus Ioan. 16. In mundo persecuti habebitis & Paulus. Omnes qui piè viuere volunt Christo Iesu, persecutionem patientur. Sed crux illa nobis erit suauissima, si nobis fuerit imposita propter Christi nomen, iustitiam & veritatem. Nam Christus ait Matth. 5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Igitur quisque crucem suam tollere debet & Christum sequi, sicuti Deus impositus est cuiq; & hoc quidem patienter & voluntariè &c. Nam hæc potissima sunt opera Christiani, credere, diligere, & crucem patienter ferre: quicumq; hæc præstiterit, is iactet se tum Euangelicum hominem, & fidat Deo per Christum, & non frustrabitur. Si autem solum vult fidere sine dilectione & suis fructibus, nec crucem cum Christo ferre, nihil proderit hæc fiducia. Necessariò igitur sequitur dilectio fructus, quæ est finis legis: quæ si non sequitur, nec iustificatio retinetur. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini &c.

CAPVI